

Baptisma vos nunc salvos facit.

Léctio Epístolæ primæ beāti Petri apóstoli

3, 18-22

Caríssimi:

- ¹⁸ Christus semel pro peccátis passus est,
iustus pro iniústis,
ut vos addúceret ad Deum,
mortificátus quidem carne,
vivificátus autem Spíritu:
¹⁹ in quo et his, qui in cárcere erant,
spirítibus advéniens prædicávit,
²⁰ qui incréduli fúerant aliquándo,
quando exspectábat Dei paciéntia in diébus Noe,
cum fabricarétur arca,
in qua pauci, id est octo ánimæ,
salvæ factæ sunt per aquam.
²¹ Cuius antitypum, baptísma,
et vos nunc salvos facit,
non carnis depositio sórdium
sed consciéntiæ bonæ rogátio in Deum,
per resurrectiónem Iesu Christi,
²² qui est in délixtera Dei,
proféctus in cælum,
subiéctis sibi ángelis et potestátibus et virtútibus.

Verbum Dómini.